

)::( I )::(



# FRANCISCI CARRERÆ LYRICORUM LIBER PRIMUS.

Aurea Clementiæ pluvia Orbem  
terrarum locupletans.

SIVE

Carmen Eucharisticon in Apotheosi  
D. FRANCISCI BORGIAE,  
CLEMENTI X. PONT. O. M.  
Sacrum.

## ODE I.

**F**ORMIDOLOSOS ut puer Hercules  
Discerpsit angues , sic popularibus  
Sicanus Alcides querelis  
Threiciâ jugulare cogor

A

Lytâ

## LYRICORUM

Lyrâ latratus. Hydrochoum ferunt  
Suasissé rivi, ut rutila Tagi

Tantum serenarent procellâ

Picta vagis asarota flammis.

At nulla fulvos livida polluit  
Lethe penates, quæ pretiosius

Vetaret exundantis auri

Diluvium cubuisse terris.

Effulgarantem TER GEMINIS viden  
STELLIS TIARAM? nuper ab aureis

Refixa delubris, ut Orbem

ALTERIO redimeret IGNI,

Affulxit auro. Mira suis refert

Illusa gemmis stemmata. BORGIAM;

Ni fallit importunus error,

Nexilibus peraruit astris.

Proh quam corusco murice vividos

Hic velat artus! ut tremulis comam

Crispat favillis, & serenos

Certat adhuc hilarare vultus!

Portenta gemmæ! multiplices rapit

Redditque formas Divus. Ohe! tuas

Jam lustrat obtutu reclines

Sandapilas, Isabella, fatis.

Jam jamque tristi fronte perhorruit

Formæ cadaver: jam pudet aulicis

Parere regnantum lupatis,

Et fatuos inhiare fastus.

Infensus ostro calcat Iberici

Pericla luxus, seque premi rosis

## LIBER I.

3

Vetat , Palestinis peritus  
Cæsariem lacerare dumis.  
Ut se catenis edomat ! ut lateat  
Affusus aris , ut pavet infulas  
Sublimè visas ! ut moratur  
In nihili spatiatus umbræ !  
Cur flagrat Icon ? redditur igneus  
Ignatianæ miles adoræ  
FRANCISCUS , inducturus Orco  
Bella piis tumefacta castris.  
Jam jam pyropos inter , & asperas  
Imago baccas fulminat : auream  
Contorquet in Rhenum pharetram  
BORGIADES , Latioque victam  
Submittit Arcton : nec minus Indicas  
Invadit oras , quas socio rigat  
Cruoris imbri , Vaticanis  
Sollicitus dare lucra palmis.  
Quis feriato pallor Imaginem  
Furatur auro ? mersit aheneus  
Heroa somnus inter ulnas ,  
Et superis modulata filtris  
Trophæa Divum. Jam rutilis tonat  
Cœlum metallis : fera licet suum  
Suspiret hæredem reclusis  
Pensilibus domus alta valvis.  
Nunc ô Quirinæ provida curiæ  
Tutela , CLEMENS , nunc adamantinis  
Attolle FRANCISCUM columnis ,  
Et croceum sine trudat albo

A 2

Cra-

## LYRICORUM

Cratere nimbū , quem tua credidit  
 Inauguratis INFULA paginis .  
 Postquam coronatas favillis  
     Poſe dedit ſuperare nubes .  
 Num ſpes inani credula ſomnio  
 Venatur umbras ? BORGIA lucidis  
     Descendit altorum theatris  
     In pluvios liquefactus Hermos .  
 Auroque textos ALTERIO SENI  
 Portendit annos . Viſa ſalus opes  
     Neviffe Phrixeas , & illi  
     Neforeas pepigiffē brumas .  
 Sepſit nivosis Romula liliis  
 Astræa lances : nec pavet Æquitas  
     Recti verecundum tribunai  
     Innocuis ſolidare curis .  
 Dat plura ſacris oſcula fascibus  
 Intaminatis Relligio labris ,  
     Geftieque templorum lucernis  
     Aſſyrios adolere fletus .  
 CLEMENTIS auræ ſpiritus æneos  
 Terris Decembres depulit , auream  
     Gavisus induxit ſe morum  
     Temperiem , facilemque poſci  
 Leporis Hyblam : quâ duce , civicos  
 Compescit cœſtus Pax bene mutuis  
     Firmata virtutum lacertis ,  
     Et ſolidis adamante viuclis .  
 Alumna Pacis , rufiſta Faufitas  
 Sagitat agros . Nobilius Ceres

Culmes

## LIBER I.

3

Culmos inaurat . & maritis  
Bacchus amat fluitare botris.  
**U**biue manant ebria lacteis  
Crystalla rivis ; vel steriles docet  
Florere cupressus Voluptas ,  
Et patulis dare mella truncis.  
Quacumque faustus fulgor Iberiae  
Sortitus **I G N E S A L T E R I O S** volat .  
Dispensat acclinatus æther  
Gratuitum modulamen astris :  
Tellusqne ductis in thiasum jugis  
Subsultat , Atlas donec Jonico  
Gemat triumpho , seque tantis  
Posse parem neget esse ludis.  
**A**t nos canoro attollere musicam  
Luctamur œstro pyramidem , procul  
Quam Nilos , auritoque Ganges  
Amne bibat , Tiberique Boëtis  
Ter gratuletur , quòd feriat pigras  
Hac mole nubes , quòdque sub hospitâ  
**C L E M E N T I S** orietur Umbram  
Cantabrico satus Igne sanguis.



A 3

LABY.

6 LYRICORUM

LABYRINTHUS  
CRETICUS.

Sive,

Voluptatis Domicilium,  
A quo JULIUM PALAMEDEM  
Vates absterret.

O D E I I .

T Utius , JULI , per inhospitalem  
Ismari brumam , mediasque syrtes.  
Inferes gressum , prope decolores

Sole Cyrenas :

Quām verecundæ modicus juventæ  
Audeas vernis dare lora lustris .  
Et voluptatum geniale quāras  
Visere limen .

Hic triumphatum pharetratus Ales  
Figit Ajacem , tumidumque Xerxem ;  
Inque Pellæam metuenda torquet

Vincla tiaram .

Hic & Alcides domitus trinodis  
Immemor clavæ , fugit efferatas  
Insequi spiras , humerisque fuluum

Ferre Booten .

Hos semel quisquis subiit penates ,  
Egressi nescit. LABYRINTHUS hic est  
CRE-

L I B E R I.

7

CRETICO major , locuplesque flexis  
Callibus error.

Mollis ingressu dolus hospitalem  
Pandit amplexum . referantur hinc , &  
Inde centenis , ope Gratiarum ,  
Ostia valvis.

Omnis Aprilis domus in smaragdos  
Turget , & glauco radiat sereno.

Omnis Hybleo trabeata luxu  
Purpurat arbor.

Sudat electrum rubus , & Diones  
Crura ne lædat rosa , molliores  
Educat gemmas , timidosque tingi  
Sanguine dumos.

Myrteas inter philomela sepes  
Suader incessum ; liquidoqne Sirea  
Fluctuans auro vocat in retortæ  
Intima fraudis.

Quippe millenas nemorale claustrum  
Sternit ambages , aditusque centum :  
Utque Maeander , sibi flexuose oc-  
currit eunti.

Ire , quid poscis facile est : reverti  
Arduum cunctis : rediere pauci ,  
Quos verecundo tetigere quondam  
Astra flagello.

Omne , si certes revocare gressum .  
Asperat feso nemus. In Velevos  
Tollitur limes , properatque vulsis  
Fervore clivis.

A 4

Quæ.

### 3 LYRICORUM

Quælibet frondes rotat in sagittas  
Myrtus , armantur rosei timendis  
Vepribus crines ; hederæque texunt  
Retia suris.

Sisteris , nolis velis ; ingerente  
Pallidum retro sylua pavorem ;  
Quæ Medusæas fruticum capillos  
Vertat in hydras.

Ne fugam cautus meditere ; smilax ,  
Cùm suum credat Crocon esse , dextram  
Dexteræ junget , viridique nectet  
Ilia morsu.

Te suum fixo Clytie moratur  
Osculo Phœbum. Tibi flectet ultro  
Fontis oblitus sua , nil decoræ  
Conscia laudis  
Colla Narcissus. Feriere pulchro  
Floris obtutu ; Paphiisque nunquam  
Finibus cedes , Cypriâ revinætus  
Compede plantas.

Tum Cytherea domus usitatos  
Surget in plausus. Pluet hinc Voluptas  
Gaudiis , flavo radiatus illinc  
Jupiter auro

Interim pigrâ statione miles  
Mollè pugnabis , periturus inter  
Illecebrarum laqueos , & arcto è  
Flore catenas.

Heu quod obliquâ tibi stamen aulâ  
Sospiter plantas ? quis ab imminenti

Pa.

# L I B E R I.

5

Pegasus fato? tua quis resolvet  
Vincula Theseus?  
Si sapis, JULI, fuge limen, elieu  
Limen infidum, generosiores  
Una servavit fuga. Sæpe multum  
Profuit aures

Ferre ceratas, aciemque summis  
Nubibus fixam, vigilantioris  
Navitæ ritu; aut onerâsse tonsis  
Crinibus aras.

Nil fugâ, credas, tamen est pudicâ  
Fortius. Vinces scythiae fugaciis  
More. Prædantes nisi vitet hamos  
Squama, peribit.

---

## OLYMPI MONTIS CACUMEN.

*Sive,*

Quies animi  
AD GABRIELEM IMOLAM.

### O D E III.

Tumultuantum plumeus, IMOLA,  
Tranare rerum nubila, molliter  
Mecum quiescas. Trans caduci  
Regna Jovis mea fixit aulam

Mens

Mens nuda curis. Hic ego Thracios  
 Tentabo nervos; tu digito pigrâ  
 Scribes arenâ quod nec Aulter.  
 Nec violet Libitina, carmen.  
 Opes profundâ Sicanius Crates  
 Mersi procellâ; cum rutilum Thetis  
 Dignata munus mitiores  
 Halcyonum mihi duxit horas.  
 Afflata cæli tabe comam Ceres,  
 Aut rarus ulmis Evius excitet  
 Fletum G A L E S I , nos agrestem  
 Pauperies stomachata gazam  
 Solvit querelis. Amphora vel meas  
 Lotura fauces, lætitiae memor  
 Plorare uescit; nec profanam,  
 Quam revomat, sitit illa faciem.  
 Parere iussus navita subtrahor  
 Aulæ periclis. Eminus aurcos  
 Specto rudentes; & togatæ  
 Navis opes, trabeamque magnis  
 Nantem procellis. nec digito moros  
 Signare quasnam senè Favonius  
 Attollat, aut mergat carinas  
 Flante ferox Aquilone vertex.  
 Neglectus undæ mobilis hanc mihi  
 Obliviosi nominis insulam  
 Sublime construxit, rudiq[ue]  
 E speculâ sine felle jussit  
 Ridere jactas fascibus anchoras;  
 Quos in profundum, seque simul fugax

For-

L  
 Femina detru  
 Nec madri  
 Cui plena fice  
 Conviva faltu  
 Incuria all  
 Cafans  
 Altæ cupido  
 Aculeatum ag  
 Roftrum a  
 Jam sum  
 Cam nulla fu  
 Livoris copere  
 Cludam li  
 Nomini  
 Sub involucro  
 Dent altra luc  
 Mati fecer  
 Proboscide  
 Intra pedus  
 Dous uentra  
 Curi vola  
 Radamus  
 Hos doche ve  
 Memor benis  
 Tribus ha  
 Magorum

# LIBER I.

xx

Fortuna detrusit , nec hamo ,  
Nec madidis capienda nodis.  
Cur plena siccem pœla superbiae  
Conviva fastus ? In Strophadum gregem  
Incurrit allatrantis alvus  
Cæsaris , esurieisque laudum.  
Altæ cupido livida gloriae  
Aculeatum figit in intimas  
Rostrum medullas : mox volanti  
Jam similis prope mordet umbrâ,  
Cùm nulla famæ pabula debeam ,  
Livoris expers ; me tacitum meo  
Claudam suboscuri recessu  
Nominis , exiguoque vatis.  
Sub involucro. Si bene candidas  
Dent astra luges , & liquido frui  
Mantis sereno ; quidquid ultra  
Præbuerint mihi fata , ducam  
Inane pondus. Poscimus alitem  
Divos juventam quò per inhospitum  
Curis volaturi cacumen  
Finitimis potiamur astris.  
Hos docte versus , IMOLA , cùm leges  
Memor beatis pendere solibus  
Tributa baccis ; crede parvam  
Magnum aliquod cecinisse buxum.



LYRICORUM

XENOPHELIA,

Hoc est,

Peregrinationis commoda,

AD ATTALUM FUSCUM,

Quem, ne in patria consenescat, ad  
peregrinandum Vates hortatur.

O D E I V.

Vivemus cochleæ, FUSCE, domesticis  
Affixi latebris, non sine jurgio  
Indignantis iniquam  
Naturæ in patria moram?  
At nil sub vario sidere Cyntbiæ,  
Nil, utcunque suam jaëtet inertiam,  
Sistit semper eodem,  
Quo fortè est genitum solo.  
Vel testudo gradu deside plurium  
Fit persæpe recens accola montium:  
Quamvis Sisyphus alter  
Hærentem scapulis domum.  
Non aufere queat. Falleris, hospitam  
Si credas per humum fegnibus arbores  
Latè serpere fibris,  
Ut consanguineum velint

## LIBER I.

13

In cunis tumulum. Gestit Atlanticam  
 Irritare Therin Pelia Fraxinus,  
 Ut subduxit opimam  
 Colchæ pellis adoream ,  
 Est è Tænario cæsa jugo silex ,  
 Quæ Memphin maculis versicoloribus ,  
 Et Tarpeja potentum  
 Fulcit fana Quiritium.  
 Nunquam , ni luteis finibus exulet ,  
 Curratque æthereum post Hyperiona ,  
 Vivax emicat astrum  
 Terræ putris anhelitus.  
 Sic olim Cynicus pulvis ab exterrâ  
 Libavit nebulâ quidquid idoneum  
 Insignire decorâ  
 Posset Pallade dolium.  
 Vix parvas pasrio sub Jove veritas  
 Depromit Sophiæ divitias. Amat  
 Demugita stagiræ  
 Plures exhedra porticus.  
 Est instar laticis , qui per jaspidas  
 Eluctatur iter , mox amethystinos  
 Trudit per labyrinthos  
 Arcano glaciem pede ,  
 Hæres Socratiæ sanguinis , efficax  
 Festinare vagas , quas adamantino  
 Voluit margine , gazas ,  
 & puræ Themidos Tagum.  
 Quid ? quod Romuleis culta securibus  
 Natali renuit sub lare regiam

Virtus, quæ probat acrem.  
 Ut sol ignens, indolem?  
**Hinc** graijs Latium nupsit, ad Italos  
 Flexit Troja lares. Vistula Sequanam.  
 Auroramque revisit  
     Nocti concolor Æthiops.  
 Nutans ambiguo cardine fluctuat  
 Terrarum facies. Nescio fervidâ  
     Quâ dulcedine motas  
     Urbes urbibus inferi,  
 Regnisque aspicimus regna reciprocis  
 Milceri populis. Quin avidus fugæ,  
     Cum non possit ab imis  
     Se dîvellere sedibus  
 Orbis mole suâ fixus, imaginem.  
**Quam** solers Pharii cura Geographi  
     Concinnavit in arcto  
     Declivis tabulæ globo,  
**Hinc** atque inde rotat; non secus ac pilam:  
 Europamque, Asiamque, & simul Africæ  
     Cognatum prope in omnes  
     Transfert Americen plagas.  
 Vel stellas eadem vota volubiles  
     In gyros rapiunt. nec vigiles datur  
     Delaflare choreas  
     Pronis pleiadum rotis.  
**Hinc**, ut multiplici turbine ferveant  
 Nusquam fessa suis signa laboribus;  
     Pars mentitur olorem,  
     Qui chrystallina fiderunt

Cir<sup>a</sup>

# LIBER I.

18

Circum stagna volet. Pars ratis auream  
Furatur speciem, non echeneida

Formidantis, & Austro

Subsidente malaciam.

Pars Pelusiaca æmula roribus

E septemgeminis volvitur ostiis.

Pars submittit habenas,

Et calcaria Pegaso

Urgenti socias haud semel ungulâ,

Hinnituque faces. Pars leporis fugam,

Pars Delphina vehentem

Dorso fingit Arionas.

Sic nunquam fatuo mergitur otio

Dives mobilium regia siderum,

Objurgatque soporem,

Qui nos compede plumea

Detentos, patriis haud aliter vetat

Emigrare toris, ac caveæ feras

Aut qui claudit inertes

Carcer virgeus alites,

At quot nos Ithacæ fumeus obruit

Euripus lachrymis? quot cecinit mala

Quod ploravit avitas

Notum flumen in amphoras?

Heu si nos laqueum solvere callidos

Fidum, FUSCE, juvat consilium fugæs

Divellamus amica

Priscis castra cubilibus.

Errandum procul hinc, quæ gradus impiger

Afflatos animo signat Etebias.

Sed

16 LYRICORUM

Sed ne languidus imis  
Pes subsitiat in atrisi;  
Aetnam flammivomis singe Cycloibus  
Armatam Siculos urere cardines,  
Surgentemque Sicano  
Pelli limine Teucriam.

---

PALLADIUM TROJANUM.

Civium concordiae symbolum.

O D E V.

Vix summo Pholoës jugo,  
Quò plumæ nequeant ducere milviis,  
Urbs immunis erit metu,  
Si discors placeat civibus indoles.  
Nil ancilibus Albulam  
Communire juvat, pila Quiritium  
Versâ cuspide Romulas  
Turparunt Aquilas; quas neque Gallicus,  
Pugnacis Rhodani fragor,  
Nec ferro domitis contudit Alpibus  
Pœni limitis Hercules.  
Ni sit mens eadem civibus, arctior  
Quam sit fibula Gordii,  
Fixum deficit PALLADIUM foro,  
Infida lacerum manu.  
Concors velle, & idem nolle reciprocas  
Vires

Vires auget , & altius  
Intorquet pharetræ missilis impetum.  
Si punctum feriant idem  
Affines radij , prodigialius.  
Concebras parient faces.  
Vis vitæ nausta parem fortius emicat.  
Fultus Castore firmior  
Pollux astra subit. Cùm trepidi fretum.  
Tranant hinnulei , simul  
Reclinant sociis cornua clunibus.  
Pleno turgidus alveo  
Haud pontem patitur Danubius ; gemet.  
Laxo margine saucius,  
Jussusque in tenues serpere rivulos.  
Discissura togæ decus  
Enervat miseram curia patriam.  
Nunc , me Vate , sit omnium  
Dextris dextra comes , palpebra palpebris.  
Et concors melioribus  
Curis consilium. Credite tutius.  
Arcanæ fidei , Duces ,  
Quàm structis Pario marmore mœnibus.



## BACCHANAL SERIO-LUDICRUM.

Militis cum suimet umbra duellum parrantis.

## AD ÆMILIJ MELICERTAM.

## O D E VI.

**A**EMILI, quamvis populetur aures  
 Buccinæ clangor ; trepidare fas est  
 Nemini. quosnam cieat Gradius.  
 Nosco tumultus.

Integer cladis , vacuisque rixæ  
 Forte Mars , Bacchi comes , in jocosum  
 Ire certamen jubet , & sequaces  
 Figere larvas.

In cataphractam cataphractus Umbram.  
 Quilibet raptim movet arma miles.  
 Ludit , & jactâ metuendus idem  
 Luditur hastâ.

Quo ferit telo , feriendus ipse est.  
 Quâ manu pugnam gerit , hac retortum  
 Excipit bellum , tacitumque muto è  
 Vulnera vulnera.

Guttur exposcit ? jugulo vicißim  
 Hauriet sicam. pavet hic ? pavescit  
 Illa : momento cadit , & repente u-  
 terque resurgit.

Victor , & victus simul est eodem  
 Marte bellator. Sed ut Umbra ceder  
 Solis occasu ; pluet , heu ! caduco  
 Pulvere cœlum.

ROTA

## ROTA FIGULARIS,

Humanæ mortalitatis, & inconstan-  
tiæ Symbolum.

## ODE VII.

**P**Lus Vertiginis, & Rotæ,

Quam Limo tegumen fictile duximus.

Proteus quisque sui, levem

Vertumni didicit reddere fabulam.

Dat prætexta pueriæ

Marmor læve genis, quod madidus croco  
Flos lanugininis asperat.

Mox fulvum tenerâ vellus ab areâ

Jussum cedere, candidâ

Brumalis senij grandine sternitur.

Sensim se luteus rotat,

Transfumataque decor. sic animus quoque  
In diversa volubilis

Scenæ multiplicis ludius est suæ.

Quod quondam renuit, cupid.

Id mox velle cavit. Suscitat ocyus

Extinctam toties sitim.

Donec nolle iterum sollicitus velit.

Sic fatis placitum, sibi

Ut nemo placeat. Quem figuli manus

Finxit forte ducem gregis,

Is auptam lituo flagitat infulam.

Quem

Quem stellæ dederunt freto  
 Nauclerum, Cynicis invidet otij.  
 Haud ponto gradimur; tamen  
     Affectat fatuus ferre tricuspidem  
 Neptuni baculum Nero,  
     Et squamam trepidis figere belluis.  
 Quò non audeat alitem  
     Inconstans animus flectere Pegasum!  
 Plumas nexuit Icaro  
     Mentis mobilitas. Numinis æmulus  
 Invito Jove fulminat  
     Salmoneus, veritæ prædo potentia.  
 Descensura ramen facis  
     Instar fulmineæ cæca necessitas,  
 Cum fatalibus intonat;  
     Velox in lacerum quisque ruet lutum:  
 Hoc puncto stabilis, velut  
     Proteus legitimam nactus imaginem.

## M A R G O P O L I S,

*Hoc est,*

Satyra Varronis, hominum luxum  
     & ingluviem insectantis.

*Carmen Satyrico-Lyricon.*

## A D M U T I U M L A Z A R I N U M.

## O D E VIII.

**T**Antum Lycambes, Archilochi sacro.  
 Peremptus cæstro? Dilue sepiam

Puer

Puer cicurâ , jam reposcit  
Non humilem meâ buxus iram,  
Insanientis vena licentiae  
Feralè fluxit. Trans Sybariticas  
Eiecta metas secla luxus  
Attalici rapuere palinam.  
Guttata, flavo frigore cæditur  
Passim Caryſtos vilior est domus  
Sublimè suffixis decorum  
Ni maculis latus omne , & ipsum  
Tegat lacunar. Sæpe sub intimum  
Littus virentes ponimus areas.  
Interque Neptuni procellas  
Præcipimus trepidare Floram.  
Priscis reſecto farre cubantibus  
Singultus amnis , vel querulum strepens  
Nocturna suadebat volucris  
Innocuos sine fraude somnos.  
At nunc superbo (pulsus abest pudor)  
Dormitur ostro : nec nisi timulo  
Vocatur argento papaver,  
Quod tacito ferat ungue Morpheus,  
Quin , ut diurnam Lesbius amphoram  
Suspiret hydrops , somnia cogimus  
Madere Baccho , cùm smaragdis  
Pensilibus simulamus uvas,  
Auroque textis palmitibus thorun  
Vallamus. Ipsis pocula stragulis  
Illusa propinan̄ bibendum  
Tantaleis leve nectar Umbris.

Aurora fulsit ? Jam tenerum mero  
 Infudit ignem : jam Lapithis dapes  
 Æthon coronavit , suamque  
     Per phialas male duxit irin.  
 Tantum remotis abdita fluctibus  
 Lanees fatigat squama ? domesticis  
     Natat lacunâ transferendus  
     In calidas acipenser ollas.  
 Captus profundo lucius Adriâ  
 Irritat alvum , si vitriâ tremat  
     Allatus urnâ , turbidumque  
     Multiplices cohidente fato  
 Bibat colores. Missus Ionicis  
 Cedente brumâ cassibus attagen,  
     Viscoque Getulo volucris ,  
     Quò tumeat pretiosa raris  
 Sagina plumis , solibus exules ,  
 Dantur tenebris. Sic stygiis prius  
     Vovetur Umbris , quæ futura est  
     Victima luxuriantis alui.  
 Damnatur arbor , ni sit adulteros  
 Enixa fœtus , quos licuit firmo .  
     Caldâque festinare lymphâ ;  
     Sole comam glaciante Jano.  
 Miramur eheu quod furialibus  
 Arcana morbis claustra revellimus  
     Et tot fatigandis egemus  
     Philliridis ? Numeremus agmen  
 Dapes coquentum ; quotve calet focis  
 Luxus nepotum ? Palladis atrium

Cessit

Cessit popinis ; eruditam  
Sit colit archimagirus inter  
Lebetas artem. Sæpe Geographum  
Professus , omnes dividit igneâ  
Zonas culinâ , temperatum  
Quò dapibus moderetur ignem.  
Se jactet idem rectius impij  
Fabrum veneni , quò pereat vigor  
Salubris , & lymphata segnem  
Acceleret Libitina falcem.  
Quid ? quod fatiscit gratia prandiis ,  
Ni fundat in gyrum involitans Syros  
Columba nimbos , & monaulis  
Disparibus , lituisque pulsus  
Resultet aér ? Interca ciente  
Bellum molares , & Marcotico  
( Sic heu triumphatur benignè )  
Oenophoro jugulatur hostis.  
Proh quanta seclis incubat , incubat  
Verrigo luxus ! Num quis Apicios  
Hanc rursus in lucem pudendus  
Evomuit Phlegetontis horror ,  
Mollesque Galbas , quotque Jovem suis  
Ausi lucernis pinguibus æmulum  
Optare convivam , Deisque  
Finitimos simulare factus ?  
O mergat hæc in fercula lividum  
Virus Thyestes , aut Lapitheiam  
Medusa tædam , qua que luxum  
Mensa dedit , ferat illa cladem !

HOR-

## HORTUS ALCINOI.

*Sive,*

Cultus Christiani Herois Animus.

## ODE IX.

Pensilem quisquis lateri Gradivum  
 Nexuit geminā , Latiumque fulsit  
 Dexterā pilum , galeamque , & hirtas  
 Vertice cristas

Exuat , si quā licet , execratum  
 Exuat Martem. Decet Exquiliæ  
 Militem turmæ genialis insōns  
 Cultus agelli.

In rudes ergo liquefacta rastros  
 Tela conflentur : fluat è caminis  
 Versus in falces adamas , rubensque in  
 Sarcula conus.

Proximum quisque est sibi rus , opimo  
 Quolibet majus , potiusque campo .  
 Quod petit nullo , nisi laureato  
 Vomere cultum.

Nam sibi Cæsar , sibi consul , & rex  
 Vivit , arcani minimè otiosus  
 Arbiter furis , domitus imo  
 Pectus aratro,

Hic

Hic vitî gramen prius , & profundo  
Editos fâtu tribulos revellat ,

Quique succrevit tener è cicutâ  
Colchide livor.

Gleba nativis jugulata dumis  
Germen Astreæ , Themidosque jactum  
Respuit semen. Fruticantis inter

Aspera sylvæ

Indoles marcat ; nec adulta magnis  
Mens viret curis. Sine vepre tellus  
Calva , conceptum locupletō vena  
Educat aurum.

Nemo fœcundum fore credat imbrevis  
Cyprium sulcis. Alit ille tactos  
Igne Narcisos ; licet inter undas  
Fata laceflant.

Cum sui pellax amio indecoro  
Frondium luxu superat , petendam  
Censeo tantum lacrymis , vel imâ ab  
Falce medelam.

Parcus irarum , tumidæque rivus  
Parcior spumæ fluat , ut coruscis  
Siderum pratis liquor è nivosi

Velleris ungui.

Prodat hic priscos sine fæce mores : ]  
Prodat exculti viruſſe castos  
Ingeni fœtus , & amica laudum

Arbuta , stellis.

Ordo sit plantis. Pudor hinc rosetis  
Concolor tollat caput , hinc opaco

Pullulet trunko Pietas profanæ  
Nescia bruma.

Arceat fraudes, Fideique tendat  
Veritas ramos. Amat innocentem,  
Quæ verecundis alitur viretis.

Area prolem.

Pinus adversis animum procellis  
Sospitem reddat, cedrus eruditum;  
Palma constantem, nec hiculca fati ad  
Fulmina fractum.

Tonsili buxum simulare scenâ  
Najadum vultus voto. vel pudicum  
Mordet obtutum Paphios recisa  
Myrtus in ignes.

Tutius lethum piceâ cupreslus  
Objicit sylvâ. Potiora fudit  
Tristè pubescens Libitina magnis  
Semina curis.

Tutius sacris Metanca votis  
Inserit Myrrham, vel amica quotquo<sup>e</sup>  
Dant salutares feriente cultro

Balsama fletus,

Haud tamen desit mediâ novalis  
Areâ laurus : dedit huic latentes  
Frondibus stammas Amor, & tuisulcum  
Solvere Sulphur;

Cum Palæstinis locuples trophæis,  
Penilem passus fluitare curvis  
Baltheum ramis, calamosque, & arcum.  
Æra pharetræ.

Ulti-

DRUM  
ofinz  
tendat  
occidentem,  
reis,  
ocellis  
udium;  
ulca fari ad  
ad dicum  
la

L I B E R I.

27

Ultimus sepis labor est. Procaces  
Vapulent sensus , paliurus aures  
Occupet , guttur bene suada cuspis ,  
Lamina luces.

Nulla sic clausam violabit audax  
Ursa Corcyram. Draco nullus atras  
Flectet huc spiras : licet ille custos  
Pervigil olim

Arboris flavæ fuerit. Sat aureis  
Excubat malis , viridique gazæ ;  
Qui præest Divum Metus excolendo  
Villicus HORTO.

---

ENTHUSIASMUS,

Cùm in D. ROSALIAE Virginis Pa-  
normitanæ Erctæo specu Vates  
constitisset.

O D E X.

I Nsanientum rheda cupidinum  
Hic sictæ plumaſ. Cur adamantinum  
Lacunar , aut suffulta pœnis  
Clauſtra jugis , Tyrioque poſthac  
Cubile ſtratum vellere flagitem ?  
En quo paternis ſponte fugax focis  
Scintilla regum ſub receiſu  
Virgineos tumulavit artus !

B 2

Hic

Hic nulla fœtum Tigris adulterâ  
Laxaret alvo. Noctua vix suas

Hic poslet eniti querelas,

Et dryadum lacerare somnos:

Sic tam propinquas nubibus inserit  
Spelunca fauces ; aspera confragam

Testudo sic terret cavernam

Pensilibus scopulosa clivis.

Hic hospitalem Diva tamen thorum  
Nudo locavit pumice. tetricas

Hic læta delibavit auras :

Hic Boream , hyemesque , & udos  
Duravit Austros. hic querulo preces  
Affudit imbri ; quo didicit pias

Sitire venas , & liquentes

In gemitus properare cautes.

Vi innocentia manat adhuc gelu  
Ros lacrymosus , qui tumulum ROSA-

LIÆ daturus , vi doloris

In lapidem glaciante lymphas  
Erexit urnam ! Quid sibi succinum  
Jactat feretrum viperæ ? quid tumet

Dives parentalis colurpnæ

Niliaco Cleopatra luxu?

Huc lapsa fletis undique rupibus  
Crystalla Nympham nobilius tegunt.

Decetque demesium pudicâ

Sub glacie latuisse Florem.

O invidendis gratior atris ,

Regumque tectis angulus ! ô rudi

Nidus pavimento , Neronis  
Exuperans asarota fastus !  
Tuis reclini verticis osculo  
Curvamur umbris . Fumeus hic rigor  
Arridet astris , & Sabæos  
Certat adhuc redolere nimbos .  
Miramur ? olim versicoloribus  
Huc fudit æther ferta rosariis ,  
Et auspiciatam liliorum  
Alluviem , croceamque gazam .  
Inter procellam Chloridos aureis  
Effusa valvis Virgo parens , suam  
Rosis coronavit Napæam  
Et radiis rubefecit Erctam .  
Mox ad sequaces Cœlitum lyras  
Aurita rupes visa vagantibus  
Sublime subsultasse saxis ,  
Et liquidâ secuisse campos  
Oretus Hyblâ . Tum niveum Dryas  
Ad tibiarum flamina largius  
Bibit soporem compeditis  
Lætitia cubitura ripis .  
Cur hinc recedam , me Cynicâ licet  
Suspirerit umbrâ mobile dolium , aut  
Panætianæ tussis horror  
Increpitet , vigilemque doctis  
Velit lucernis ; nos sapientius  
Hæc tacta sacro faxa silentio  
Odifile luxus , & profanos  
Eruunt abolere cultus .

Hic ergo centum , Diva , seris tuum  
 Hic claude Vatem : postibus æreos  
 Obtrude vectes ; meque centum ,  
 Ne fugiam , preme Diva vinclis.  
 Ut , cum supremo fata deosculer  
 Acclinis avo , miret aheneas  
 Compage discissâ catenas  
 In Roseos abiisse torques

---

## APOPHTHEGMA

παράδοξον

Patris Balthasaris Alvarez,  
 è Soc. JESU,

*Adversis rebus nos premi , idem esse , ac  
 vineam uiris gravidam unionum gran-  
 dine devastari.*

AD HENRICUM VALGIUM,  
 suas calamitates deplorantem.

## ODE XI.

E Xue vesanum larvis , HENRICE , dolorem  
 Depictas timet ille leænas ,  
 Vel ductos auro gryphes , vel Dædala quotquos  
 Monstra Notus per nubila fixit .  
 Num sœvit Tyrio illusus latratus in ostro ;  
 Num torqueat aulæa Gradiyum ,

Mish-

## LIBER I.

31

Missilibus bombyx tumeat licet usque sagittis,  
Et tonet inter serica lapsus  
Fila tuba clangor? dant hæc spectacula ludos,  
Et fessis solatia curis.  
Parce metu; innocuis palles conflata caminis,  
Mox laxis vibranda pharetris  
Fortunæ jacula. Adverso quod ab æthere fluxit,  
Hyblæa deferbuit irâ.  
Sunt illic mites Libycis rugitibus ignes,  
Sunt Graji stellantia Phixi  
Vellera, Parrhasios inter ludentia rictus,  
Obliquum polus educat anguem,  
At non obseßam spirâ septemplice Lernam,  
Nec tetur fert Hydra venenum.  
Quod si flent Hyades, tempestatesque fatigat  
Haud gladio exarmatus Orion;  
Dives in aurifluos ibit nubecula nimbos,  
Et gemmeus fluet imber ab astris,  
Qui latè in sternat gravi vineta Falerni,  
Vel madidam dulcedine Lesbon.  
Tunc licet excusso mæreret crine Lyæus,  
Attritus male pendulus ulmis,  
Conflueret tamen ignavis plebs rustica tectis  
Baccarum lectura procellam.  
Lætus idem peragas VALGI, cum saucius æther  
Succussis tonat undique valvis.  
Nam, seu tela rotet, formidataque laborum  
Alluvie super obruat orbem;  
Torquebit pluvias candenti turbine gemmas,  
Cærulei sine labe sereni.

Invictum subitis, adamanteumque ruinis  
     Si pariet patientia robur;  
 Imbuit arcanis animi Capitolia gazis  
     Deciduis vis concolor astris.  
 Explorant adversa viros, prohibentque tenaces  
     Virtutis sterilescere fibras.  
 Multiplices Deus athletis potioribus æquâ  
     Lege dedit subiisse palæstram.  
 Hic nova luctandi facies. concurritur ultro:  
     Nec refugo pallore timet  
 Æthereum fulmen, vel quot portenta sub auras  
     Materna hæc tulit Africa tellus.  
 Est sua fulmineis pretiosa Ceraunia telis,  
     Anguineo est sua gemma cerebro.  
 Succubuisse nefas: quamvis per funera pulchras  
     Expediat decerpere palmas.  
 Sæpe coronandam vepreta secantia frontem  
     Innocuis rubuere rosetis.  
 Amplexus chalybum suras subnexit auro  
     Et potæ dedit urna cicuta  
 Nectareos labris, quos non æquaret Hymettus,  
     Aut Lilybæa alvearia, rores.  
 Exciidiis periisse juvat, perque aspera rerum  
     Non humili incubuisse feretro,  
 At nunquam periisse reor, cui strenua virtus,  
     Et Christi patientis imago  
 Absterrit vultu lacrymas vertitque recentes  
     In plausus suspiria luctus.  
 Sit nobis pariter cura hæc, Heerice Tonantis  
     Vulnifico defigere clavo

De-

Degeneres questus. Vel Sole salubrior ipso est  
Golgotheæ Crucis umbra dolori.

## RHODIUS COLOSSUS HUMI DEJECTUS.

*Sive,*

Humani Fastus Eversio.

AD SERGIUM VARANULAM.

O D E XII.

H Umana repunt omnia. Turgidam  
Felicitatem stravit humi procax  
Fortuna , divellitque , cœlum  
Ne peteret , VARANULA , pennas.  
Dearuatae vidimus infulam ,  
Fascesque , & ostrum , & stemmata Gloriae  
Ad ima convolvi , suâque  
Mole graves cubuisse plausus.  
Fragmenta nusquam colligimus , tot heu  
Sepulta terris ! Vix Babyloniæ ,  
Medæque , Graiæque , & secures  
Ausoniæ emeruere fastos.  
Rubiginosis splendida porticus  
Ceris avorum fumat , & undique  
Lapsu theatrorum canoræ  
Fracta silent oricalca famæ.

Non una, SERGI, polluit inclyras  
Laudes cicatrix: tot subeunt vices,

Quot fata. Tot norunt ruinas,

Quot fragiles dedit aura plumas.  
Cum forte cunis Fastus adhuc tener  
Vagiret infans; cymbala gratiae

Fregere, dignataque carmen

Triste loqui, glaciante molles

Metu medullas. Cresce puer, puer  
Acclinis ostro, quem male fascinet

Livoris obtutus: Cruento

Cui teneras riget amne nutrix  
Medusa palmas; cui paret obviam  
Cupressus umbram; cui juvenilibus

Præfocet ævum purpuratis

Ambitio jugulanda spiris.

Opprobriorum bruma ferax tuam  
Teget profanâ nube superbiam

Tuique garritus leporem

Sibilus increpitantis aulæ,

Vulgique mordax excipiet frager,  
Cum sis daturus flebilis Icari

Lapsum theatrali cothurno,

Vel fatuo Phaëthona curru.

Te concitatis instabilem rotis

Fortuna ducet. Te Leo Punicus

Attoilet insignem, sed idem

Pene suo lacerabit ungui,

Dabitque prædam Romulei Jovis,

Rostro secandam. Conspicuos age

Invise postes , perque crines  
 Dives eat sine vellus auro ,  
 Lauroque comptum fidus adoreæ :  
 Ahena pulchram fulmina lauream  
 Immanè prosternent ad usque  
 Ludibrium popularis auræ.  
 Te , seu flagellet Nerea , seu truci  
 Xerxes latrandum mergat Athon freto ;  
 Infamat ultorem pudendis  
 E folio removendus hastis.  
 Te Mithridates vindice filij  
 Premendus irâ , te Philopœmenes  
 Hausturus è cratere virus  
 Carnificem experietur , inter  
 Epota laudum fulgura. Cæsarum  
 I, fleste bigas ; & Capitolio  
 Adultus ales Vaticanis  
 Consulibus meditare fasces :  
 Educ colosso : pyramidum fabros  
 Attolle sumptus : imminet , imminet  
 His triste vulnus. Aut furentis  
 Invidiæ properatus Auster ,  
 Aut sternet imber ferreus , Italâ  
 E nube missus. Turpè tumet Nero  
 Sævâ cruentandus bipenni ,  
 Perque suas putris Umbra Thermae  
 Inambulabit , sacrilegâ simul  
 Romam favillâ viderit alteram  
 Fumare Troiam , perque stammas  
 Attonitum trepidare Tibrin .

Cur septus hydris poscit ab omnibus  
Trifulca Divis tela Tiberius?

Cur Galba succiso profanat  
Crine togam, Latioque cœno  
Raptatur, orbis prædo vitellius?  
Cur semet Orco mollis Otho vover,  
Sui saginaturus hostis  
Ingluviem, rabiemque sceptri?  
Heu si quid altæ mentis ineit viris!  
Insanienti pabula Gloriæ,  
Cristasque, lustantemque cœlo  
Ferre minas, cohibete luxum.  
Sternenda surget, seu RHODIUS comara  
SOL fregit imâ prociduus basi;  
Secumque mox tristem rotabit  
Imperiis labefacta cladem.  
Felix, superbis qui supereminet  
Regum ruinis: nec capiti locat  
Suo recumbentem coronam,  
Quam refugâ stomachatur umbrâ.



JOCUS

## JOCUS SATURNALITIUS,

In LYCUM Pumilionem.

## ODE XIII.

**S**Alve parve Molon, Andromedæ nepos,  
 Timanthis tabulâ dignus, ut expreas  
 Summum cuique Cyclopum  
 Milleno cubito pedem.

Seu te rana recens fæta palustribus.  
 Eduxit calamis, seu Lylibeius

Trunci cortice fudit  
 Punctum mobile musculus;  
 Audi, quæ tua sit prodigialum  
 Fatorum series. Hanc mihi præbuit,  
 Cum scrutarer Olympum,  
 Spectandam sicutus Conon.

Non, si Parca brevi corporis effedo  
 Jussit simiolo te similem vehi,  
 Sic natura pusillam  
 Membris nexuit indolem.

Parvus magna petes. Stragula respues,  
 Ni sunt Herculeis æqua toralibus :  
 Cum te musca decenter  
 Alæ remigio tegat.

Pulsurus cyatho non tenui sitim,  
 Vix stillam Pharij sanguinis hauries:  
 Quo si forte natares,  
 Posses mergier in vitro.  
 Inter vina tamen nil , LYCE , Teio  
 Debes exitio. Non aperit tui  
 Simplex oris hiatus  
 Fragmentis æcini viam.  
 Quævis magna probes : dummodo negligas  
 Altos in pedibus figere socculos :  
 Ne quam forte ruinam  
 Excelso rapias loco.  
 Jam nunc disce tuæ fata Proserpinæ,  
 Sub Tauro genitus. Nescio quid tibi  
 Bos hic tricte minatur  
 Summâ cuspidे cornuum.  
 Aut cornu cochlear saucius occides:  
 Aut , cùm detrahitur de siliquis faba,  
 Se lunantis in arcum  
 Hili missilis impetu.  
 Fructra turbineum fidus Orionis,  
 Arcturive gravem fugeris orbitam ,  
 Profligabere , rursus  
 Cùm jam sternuat Hercules.  
 Pacata est pumilis , ut puerum Phrygem  
 Ales fulva suis surpuuit unguibus.  
 Sed milvus , cave , ne te  
 Pullum credat hirundinis.  
 Rugitus rutili , sic decet , infimis  
 Mitem scito jubam pumilionibus.

Tutus namque Leonum  
Per rictus volitat culex.

Quod si rubra trahat brachia scorpius,  
Vel chelas sitiens carcinus explicet;  
Extinguere, sinistrum  
Si pulex feriat latus.

Nullum ex Hydrochoo funus in Adriâ,  
Aut Atlantico vortice palleas.

At, præsentio lethum,  
Ne in guttâ pereas, time.

Mirum vaticinor. Nox tibi candida est;  
Non sic quisque dies. Fur etenim tuus  
Fuscâ nocte latentes

Pluton haud atomos videt.  
Nolis plura. Fugis me quoque Lynceum;  
Et sat præmonui fata. Semel macram

Titan viderit alto  
Tauri in vertice Deliam;

Vim vitare nequis. Cætera, si qua fors  
Mitescet, fugies. Non aliâ licet

Quam cervice bifurcâ  
O parvum mutilarier.

):( o ):(

MER-

---

MERCURIUS  
GRATIIS ASSOCIATUS.

*Ex Plutar. Lib. de Audit.*

*Sive,*

Laudes Illustrissimi Viri  
D. HIERONYMI SEPTIMI,  
Marchionis GERRATANÆ.

O D E X I V.

**S**icane Nestor, SEPTIME, Læliis  
Crassisque major; cui niveas rosis  
Postquam coronavere cunas,  
Cecropio tumefacta rivo  
Pressere labris ubera Gratiae;  
Interque Tuscas, & Latias fides  
Mox forte reptanti dederunt.  
Pegaseos superare clivos;  
Donec canoræ Palladis alveo  
Appollinarem nactus adorem,  
Lauru decorares, & udâ  
Magniloquos hederâ lepores;

Quam-

Quavis avo  
Educe ceris  
Toquata  
frontis  
Pictura vuln  
Te fitur ab  
Virus tu  
Menitis  
Exhortantis  
Qui fatus e  
Vocatis a  
Amouit  
Laut digna  
Affluit vero  
Plenique  
Eloquunt  
Quin iuga  
Suez venustr  
Magis vi  
Invicere  
Auto creare  
Centum coic  
Suspendit  
Mole fu  
Facundia laugu  
Rerum simplic  
Invenit leu  
Si levipum  
Occidit in  
Leuista lans;

Quamvis avorum stemmata gaudas  
Fulcire ceris , quis pretium dedit  
Torquata nubes , & decoræ  
Frontis apex , facilisque nosci  
Pictura vultus ; nil adeo tamen  
Te sifit astris , quām locuples suis  
Virtus tropheis , & profundæ  
Mentis opes , liquidusque volvi  
Exuberantis Mincius ingenî;  
Qui fusus extra marginis obijcem ,  
Vocalis argenti procellâ  
Attonitas populatur aures.  
Laus digna cedro est , vim lepidissimam  
Afflare verbis. Munificentius  
Plerumque dispensat latentes  
Eloquium geniale gazas ,  
Quām larga flavum dextra quatit Midam.  
Suadæ venustas Mercurialium est  
Magnes virorum ; nec Platoni  
Invideat potiore ductam  
Auro catenam , quæ socialibus  
Centum coërcens orbibus anulos  
Suspendit astris fluctuantes  
Mole suâ , pelagoque terras.  
Facunda linguæ destinat omnium  
Rerum triumphos Pallas. Aheneo  
Brumam serenabit Gradivo ,  
Si lepidum feriente flagro  
Occurrat iræ. Ducer ad exitus  
Infausta lætos , & popularium

Submittet undarum tumultus  
 Imperio pluvialis Hyblæ.  
 Hoc dives imbri largius affluis,  
 Non absque plausu, SEPTIME, civium,  
 Æquè ac supremis, charus imis  
 Alloquo, ingenioque princeps.  
 Nam sic liquenti MERCURIO mades  
 Tui leporis gratia; melleum  
 Ut malit hunc fudisse rorem,  
 Quàm rutilum Jovis urna nimbum.

---

## AD IRIDEM,

Humanæ pulchritudinis symbolum.

## ODE XV.

**I**Mago veris, penicillo fulgurum  
 Picta per æthereas  
 Apelle Phœbo paginas:  
**I**nter procellas tetrici risus Jovis,  
 Pensile lucis opus,  
 Gratusque magnes palpebris:  
**C**ur, heu Favoni solveris suspirio,  
 Ut videare pâtre  
 Mentita Solem filia?  
**S**ic est. Ut IRIS occidit formæ decus.  
 Qui peperit Glyceras,  
 Sol spectat idem Gellias.

PHAR-

---

PHARMACUM  
MELLE OBLITUM.

*Sive,*

Mitissimæ in pueros objurgationis  
Genius.

AD VARRONEM LEONILLUM,  
Poedagogum.

O D E X V I .

IRAM , VARRO , coérceas.  
Fexurus teneræ lora puertiæ.

Non , si laxius oscitet ,  
Aut mensam cubito Pamphilus atterat ,

Censorem vitij decet

Lætratu triplicem fingere Cerberum.

Mollem tetricus indolem

Terret , non docilem conciliat , fragor.

Labes iusita moribus ,

Ceu tabes geminis abdita palpebris.

Mitem Pœona flagitat ,

Et missam Syrio è cortice lacrymam.

Durum cuique redargui ,

Cùm tristis baculi fulmina duplicas.

Quod si verbere floreo

Contundas maculam ; mollius inseret

Se Virtus animo. Satis  
 Vicit̄i , pluvias si loqueris rosas.  
 At vellas prius horridos  
 Cauto ē flore rubos : differ aculeos,  
 Ut blanda feriat comā.  
 E vibice rubor , non petitur crux.  
 Censuræ decus occupat,  
 Qui novit Siculos reddere Dædalos.  
 Horum præcipius labor  
 In certamen Hyblam poscit , & Atticis  
 Majus tentat opus favis ;  
 Cūm quidquid fatuum , quidquid acerbius.  
 Iratam cruciat gulam ,  
 Mollit Trinacrio nectare ; quod nivem;  
 Et canum simulat gelu.  
 Hæc tam dulcis hyems cūm bene ferbuit.  
 Excepitque linquentibus  
 Vulcanum nivibus ; nulla Cydoniis ,  
 Si mergantur , inhorruit  
 Malis asperitas ; nulla cucurbitis  
 Vis insulsa relinquitur.  
 Cortex ipse satur nectaris , annuit  
 Apponi dapibus ; simul  
 Postremā cubuit Lesbius amphorā.  
 Tum quascunque locaveris  
 Hac sub nectarei compede marmoris,  
 Mites invenies , feras  
 Sic larvatus aper , sic Leo candidam  
 Diffundens humeris iubam  
 Nil terret pueros. Nec laniant tigres

Fictis

Fictis unguibus oscula,  
 Quæ mortus avidos figere gestiant.  
 En solerti idonea  
 Censoris facies ; quâ Semeleum  
 Silenus Bromium senex,  
 Et Chiron lepidum terret Achillea.  
 Infudit Plato melleam  
 Nato Nicomachi , quam sipientibus  
 Siccavit Sophiam labris.  
 At , quod plus nimio lœvus in Herculem  
 Discentem Linus irruit,  
 Impulso citharæ saucius occidit.

---

## DIOGENES PINU CORONATUS.

*Ex Dion. Chrysost. Orat. 19.*

*Sive,*

Invictæ mentis , adversaque omnia  
superantis Imago.

AD CASSIODORUM CERVINUM.

## O D E X V I I .

**L**Attrantis Cynici convicia nuda Sinopei;  
 CASSIODORE , times ;  
 Cum sis forte lepus , pavidāq; ad tristia frōntem  
 Non sine labore geras.

Ma-

Major in adversis animus, nec fracta secundis  
 Mens rotat astra comis:  
 Sibilaque in laudum vertit præconia Virtus  
 Nescia ferre fugam.  
 Imbelles frangit clypeos, àdamanta coronat,  
 Et probat æris opus  
 Gradivi gladius. Radiis redimitur Olympus,  
 Cùm tonat ira Jovis.  
 Cessere in laurus, quæ fuderat Amphiaraïis  
 Fortia tela manu.  
 Ne fugias; vicinus adest, cui dolia sedes,  
 Cui sua pera penus,  
 Diogenes. Viden. Isthmiacis dum classica ludos  
 Exhibuere plagis,  
 Ut ruat in medias, excito pulvere pulsu  
 Quadrupedante, rotas?  
 Est suus, est illi plausus latrare quadrigas,  
 Et pugilum fatuas  
 Rodere vel morsu palmas. Divellite, clamat,  
 Frondea ferta comis  
 Argivi proceres: mihi vitta decentius ornat  
 Pinea vitta caput.  
 Fortunæ dubios animo aurigante jugales  
 Flectere suetus equos,  
 Ad metam statui. Casus patere coegi,  
 Turbineasque vices  
 Virtutis lituo: cui sacra juvit arenâ  
 Persolüsse fidem.  
 Ter fati rigidam circumvolitare columnam  
 Jussus, ab attonito

Marmore constantē didici imperterritus acrem  
Antetulisse gradum.

Ulterius quid fata jubent? Luctarier? Adsum  
Haud oleo madidus.

Nudatum satis eit, sic decernente Minervā,  
Opposuisse latus;

Cui malē defendat missas hyemantibus Euris  
Trita lacerna nives.

Nil me, centimani ceu moles vasta gigantis,  
Terruit exanimem

Paupertas. Vici dextrā quā fluminis alveo  
Solvimus ore sitim.

Tum mihi Pellaēam visus sprevisse tiaram;  
Cūm mihi visa minor,

Quæ nostro incubuit, solemq; arcebat amicum,  
Illi⁹ umbra toro.

Dolia quō properant patriis ejecta plateis?  
Civibus exul agor?

At patriā quocumque vehor, circumfero sedem.  
Quidquid ubique soli est

Axe sub æthereo jacet, & stellantia recto  
Tramite signa videt.

Nusquā exul, qui se locuples, secū omnia pleno  
Fert sua bona sinu.

Lucro apponendū ignotis mihi querere quę sine  
Utiliora foci.

Ilic liber ero, quamvis asperrima suris  
Injiciat pedicas

Alca fortunæ nostris, erit illa decoris  
Erudienda malis.

Num laqueis animus , qui se sublimior alas  
     Urget ad astra suas,  
 Nodari poterit? Nusn tetri carceris umbram  
     Mens pavet icta metu,  
 Si liquidum arcanâ libarit Pallade Phœbum,  
     Et sine nube Jovem?  
 Degeneres procul eite meo cratere dolores,  
     Hæc sit amica sitis:  
 Iram compedibus , livorem aptare catenis.  
     Nectere vincla dolis:  
 Meque intestinis divulsum vindice dextrâ  
     Proripuisse feris.  
 Nec satis. Ad Graiam disco irritante pharetram  
     Nitor , Olympiacæ  
 Securus Palmæ. Docuit torquere sagittam  
     Non sine Marte Pudor,  
 Et refugo patiens oculus parere lupato,  
     Cum nitet ore Venus.  
 Cernitis, ut nostro passim male suada Voluptas  
     Vulnere fixa ruat ?  
 Cetera, quæ sumمام terigerunt spicula metam  
     Et rediere suam  
 Ad pharetram plumâ , nivei jaculator Honesti  
     Cominus egit Amor.  
 Altæ mentis opus luctatur Gloria: mollem  
     Laus generosa manum  
 Respuit, aut quidquid tenui transfigitur auræ  
     Mobilioris acu.  
 Nunc Cynicâ quisquis Pinum vietricibus audet  
     Illaqueare comis,

Fortunam sifstat jaculo, & secum cataphracto.

Pectore bella gerat.

Uni si famulas Virtuti infernat habenas.

Hercule major erit.

### EXCLAMATIO.

Cum Philomelam Viperini oris halitus  
attractam prope Pergusam, Ennae  
Urbis lacum Vates in-  
spexisset.

### AD CANDIDUM PALMERINUM.

#### ODE XVIII.

**H**AUD efferatum Terea, CANDIDE,  
Accusat agris, & nemorum jugis  
Vindex Aëdon : imminentes  
Viperei payet illa rictus,  
Lugetque fraudes. Proh fatuum nefas  
Fati sequacis ! tanta venefico est  
Mephitis angui ? Sistet hic su-  
blime vagas , trahet inde prædam  
Daturus alvo Luscinias ? Feret  
Hoc sylva probrum ? Quod querimur , fuit:  
Et nuper id vidisse nobis  
Accidit exitiale funus.

C

Nam

50 LYRICORUM

Nam, dum Sicanus constiteram lacu,  
Quo prisca raptam fama Proserpinam  
Vulgarat; Ennensesque saltus,  
Et Stygij speculabat axis  
Adhuc nigrantem in cautibus orbitam;  
Plumosa siren forte meas procul  
Suspedit aures, & canoro  
Detinuit Philomela nexu.  
Pangæa non tot multiplices dedit  
Testudo cantus; cum rabiem feris  
Mulceret, auritosque fluctus  
Ismario cohiberet Hebro;  
Quot, illa rostro divite musicas  
Finxit querelas. Attonitis prius  
Vocale dispensarat Curis  
Artifici sine lege carmen.  
Mox gnara vocum spicula sibilo  
Librare nervo, missile fuderat  
Per arva nectar, quod Næpæis  
In bibulas fluitaret aures.  
Nunc in fugaces turhineum melos  
Curvarat undas, se repetentibus  
Quandoque Mæandris sonoro  
Per nemorum fruticeta lapsu.  
Nunc eruditio gutture spiritum,  
Truncosque litus solverat; alitem  
Nunc visa suspendisse vocem,  
In tremulos trepidarat iectus.  
Vox fracta cæsim, mox eadem redux,  
Arguta, lenis, fusca, plicatilis,

Discri-

## LIBER I.

se

Discriminatim pullulabat

Iuvarios operosa factus.

Nunc blanda, carmen molle Talassij,

Nunc Martiales aspera buccinas,

Nunc sacra fingebat Cybelles

Isiacis tumefacta sistris.

Et jam propinquis undique rupibus

Severiorem fregerat indolem

Vocale rostrum, multiplexque

Lusciniæ modulantis error.

Cum, proh sinistris pabula fletibus!

Latens vepretis in Citaristriam

Natalis agri fraudulentum

Hydra suum jaculata virus,

Sistit pusillam frondibus alitem;

Frustraque flentem nescio quâ trahit

Vi fellis arcanâ. Volantem

Tunc proprius breviore gyro

Vidi volucrem: donec in intimum

Irrupit anguem, cui pluviis trucem

Luctabar exarmare faxis

Ingluviem, oppositasque fauces.

At non supinum sic calybeam rapit,

Mordetque magnes: nec violentior

Sic forte mustelam recluso

Dente premit, revocatque bufo.

Tum visa saltus scena cupressinibus

Horrere truncis. Ter reboantibus

Pergusa suspiravit undis:

Ter querulum crepuere valles.

Inauspicatos nos etiam lacus  
 Ter execrati fugimus. Ah miser  
 Quicunque (sic flebam allocutus  
 Terrigenas, quibus instat atrox,  
 Idemque fatum) nil Phlegetontidem  
 Horrescit Hydram. Non satiabilis  
 Ecquando non effert hiulcam  
 Illa sitim, patulosque rictus?

---

**PSITTACUS SENEX**  
**CAMILLO FLORO puerο oblatuο.**

*Hoc est,*

Vatis monitum: ne serò ad Poësim  
 addiscendam animum appellat.

**O D E XIX.**

**S**IM licet Phœbi pharetratus auceps,  
 SFLORE, nil parvæ superest rapinæ.  
 Quod tuis Vates bene feriatis  
 Offerat ulnis.

Segnis amisi temerè implicatum  
 Cassibus cygnum; philomela nostris  
 Excudit palmis; secuitque rostro  
 Lina coturnix.

Unicus tantum caveâ vagatur  
 Psittacus, quondam lepor, & loquacæ  
 Æmalus Musæ, latiæqæ siren  
 Plumea sylvæ.

**Vix**

Vix sequax illum superaslet echo  
 Romulae vallis , vicibusque ternis  
 Archimedea geminata saxo  
 Vociis imago.

Rauca regnantis BASILI volucris  
 Afforet ; quamvis , simul ac LEONEM  
 Filium flevit , patris imminentes  
 Contrudit iras.

Si relaxatas quatit ille pennas ,  
 Fulgurat sparso maculosus auro ,  
 Alter ut pavo ; variaque dives  
 Iride phœnix.

At malis nil est vacuum. Senectus  
 Psittaci dorso later. Hinc jocosæ  
 Resput priscum modulamen , & di-  
 scrimina linguæ.

Artifex nusquam vigor est loquelæ ,  
 Decidit rostro Charis , & canori  
 Gutturis sedem fatuo momordit  
 Murmure cornix.

Ne tamen nostrum , puer , invenustum  
 Alitem dicas. Rapies ab illo  
 Plura , quæ discas sene : nam minacis  
 Verbera dextræ

Turpe contemnit , refugitque noto  
 Sibilo jussas iterare voces.

Sic , ubi cervix babit arefacto  
 Crine pruinæ ,

Amplius nunquam remeat Lyceis  
 Apta lanugo: didicisse velles ,

Cum vetant rugæ , docilesque Phœbus  
Obserat aures.

Inserat molles Melibœus uvas ,

Stipes exesus renuet Lyæum.

Nec semel curvos senio lacertos

Corriget ilex.

Segnirer lapsis hebetatur annis

Ingeni vivax acies ; seniles

Cum gradus firmant ferulæ , propinquus

Non fragor olim , &

Sceptra torquentis flagra pædagogi.

Dedecet disco , dubiæque suetam

Alex dextram rapuisse spretâ è

Phocide laurus.

Qui cycnos mulcer , juvenilis ille est

Veris afflatus. Sapias , CAMILLE,

Teucriæ fato : didicere serò a-

vertere cladem

Troës , & belli mala. Pallas odie

Verticis canos ; & Apollo lævis

Arcet hirsutos Heliconis alto è

Culmine Faunos.

## SCENA VERSATILIS.

*Sive,*

Humanæ Vitæ Fabula ad Histriones,

### O D E XX.

Fictam rebus imaginem ,

Et laryam fatuis demite frontibus ,

Docti

Ducti Ludere ROSCII,

Nec raram caveis flere tragœdiam.

Nobis altera panditur

Larvatis potior scena choragiis.

Hoc quodcumque globi tribus

Fulcitur digitis , scenicus est labor.

Moles Dædala Numinis,

Et solers varias ferre vices opus.

Cui nox siparium suis

Festinat tenebris ; mox piceum Phlegon

Sensim detrahit obicem ,

Conaturque palam reddere quæ latentes.

Nos spectacula tradimus ,

Spectamusque simul , quam bene Fabulam

Digno solvimus exitu.

Natura erudiit ludere ; cum dedit

Primæ lucis ad osculum ,

Vagitu teneram ducere nœniam.

Nemo non satus Histrion est ;

Seu plumâ jaceat , seu paleis puer.

Vitæ limina plurimis

Pulsantur lacrymis , quæ tragico ferant

Vestigalia funeri ,

Personâ nihil hîc est opus. In dies

Vultus æmula Cynthiæ

Mutatur facies : quæ modo lætior .

Nuper tristis inhorruit ;

Et quæ mitis erat , cedet in asperam.

Nunc lanugo tegit genas ,

Mox brumâ gravidum vellus amabilens

Sulcis polluet aream,  
 Quæ quondam fuerat vere pueriæ  
 Sedes hospita Gratiis.  
 Actor quisque sui est. Pars veluti miser  
 Ixion metuit rotam  
 Fortunæ instabilis. Pars sibi Sisypus  
 Putrem credere sarcinam  
 Luctatur feretro. Sed simul attigit  
 Invisas tumuli fores,  
 Nequicquam repetit pondera, quæ tulit.  
 Alter, cœu pila, truditur  
 In regum trabeas : mox tamen ocyus  
 Descensurus ab insulis  
 Lambert turbineo vertice pulverem.  
 Hic dumis cubat ; hic rosâ,  
 Omnes in luteo carcere : quem simul  
 Scenæ cardo volubilis  
 Ad Parcæ celeres impulerit minas  
 Omnem cogimur aleam  
 Amisisse rogo. Si bene viximus,  
 Claudemus lepidissimam,  
 Nec magno viduam nomine Fabulam.



SPE.

## SPECULUM ARCHIMEDEUM,

Ex Plutar.

Sive,

D. IGNATIUS LOIOLA,

Orbem terrarum incendens.

## ODE XXI.

**D**atur cremari fertile fraudibus,  
 Monstrisque seclum. Sat glaciem rudis  
 Duravit Arctos ; sat profanam  
 Sustinuit peritura tellus  
 Eoa noctem : sat fatuâ satus  
 Ploravit Urnâ Nilus : aheneis  
 Sat visa Cocytî mephitis,  
 Americe , senuisse lustris.  
 Erumpere tandem fulgor , Ibericis  
 Adulter cunis ; cui dedit igneus  
 Dotale nomen , & Quirinum  
 Stelligeris redimire palmis  
 Æther tiaram. Quis potioribus  
 Terras favillis urat ? Ab intimâ  
 Tonantis irrigatus Ætnâ  
 Missilibus radiis inundas ;  
 Ceu læve Vitrum , quod Latialibus  
 Olim carinis exitium tulit.  
 Suspirat hunc tellus salubrem  
 Innocui Phaëthonis ignem.

Num lactat anceps fabula palpebras?  
 An flagrat Otbis? Jam pereunt sacræ  
 Portenta Lethes. Jam coruscis  
     Emicuit rediviva flammis,  
 Arsitque fido Numinis anulo  
 Suspensa moles. Ursa Lycaonis  
     Combussit hydras, & pudicis  
     Visa Paphos rutilare tædis.  
 Nivale fulgar fumeus Æthiops  
 Ignatiano sole bibt: pio  
     Ubique prolusit favillarum  
     Atluvies radiata nimbo.  
 Olim Sicani qui SPECULO senis  
 Objectus arsit, si modo viveret,  
     Cur hac, peroraret, cremari  
     Non poteram meliore flammâ?

## FUNAMBULUS.

Aulicæ conditionis monitor.

## AD MARSILIUM CEDRONILLUM.

## ODE XXII.

**S**UBLIMÈ fixis CAPRA rudentibus  
 Incedit alter Dædalus, insolens  
     Nauclerus aurarum, Prometheo  
     Doctus avo superare nubes.  
 Se fune librat Iudius artifex,  
     Cautique saltus turbine circinat  
     Orbes chorearum, datus  
     Multiplices, nova monstra, Iusus.

Clan.

## LIBER I.

59

Clangente sistro frangit Jonicos  
 Impunè motus : mox pede pendulus,  
 Cervicis inversæ reclinat  
 Cæsariem , simulatque turbâ  
 Pavente casum ; cui numerosius  
 Protendit agmen , ne pereat , manum :  
 Sed ille frustratus cachinno  
 Signa metus , potiore saltu  
 Attollit imo è margine verticem ,  
 Colloque se suspendit ; ut histrio  
 Redactus ad restim vocetur  
 Pensilibus per inane membris.  
 Demum sagati Martis eques , suis  
 Postquam rudentem cruribus , & genu  
 Compressit , ostendit Notorum  
 Posse vagis dare lora bigis.  
 At cum supinâ dissimulaverit  
 Cervice somnos , ad tremulum tori  
 Nutantis exturbatus iustum  
 Procubuit , volucremque clausit  
 Ridendus empto funere fabulam.  
 Collega CAPRÆ est , quisquis in arduam  
 Potentiorum scandit aulam  
 Non humili , CEDRONILLE , fastu.  
 Extensus illic funis Iberico  
 Concrescit auto : cautius ambula.  
 Ad vota regnantum peritos  
 Fige gradus , docilesque motus  
 Periculosa concipit aleam  
 Pes incitatus , sive parum jugo

C 6

Ac-

Accline dorsum , sive paulum  
 Obsequiis operata cervix.  
 Nil sumptuosis fide rudentibus.  
 Hinc saepe summas ambitio togas  
 Excusit , audacieque curae  
 Pegaseas hebetavit alas.  
 Equestris idem calceus indicat  
 Inauspicatum patriciis iter.  
 Cur heu Palatinis laborant  
 In pedibus cohibere Phœben ?  
 Irata lunæ cornua num rear,  
 Quod ex alutâ forte Quiritium  
 Concinnet in scenâ cothurnos  
 Nobilibus Libitina suris ?

---

**CERERIS CALAMUS**  
**IN PENICILLUM**  
**VERSUS.**

*Ad invictissimi Martyris*

**P. HENRICI GARNETI** Societatis JESU  
 imaginem ipsius sanguine in ARISTA  
 mirum in modum exprimen-  
 dam.

O D E XXIII.

**C**ontaminato quæ Tamesis gelu  
 Lambit remoræ rura Britanniae,

Cum

Cūm forte GARNETUS cruentauit  
 Auloniis properaret aris  
 Vovere palmam ; visa CERES suam  
 Fregisse falcem : mox calamo rudi,  
 Ceu penicillo , purpurari  
 Fata viri perarasse culmis.  
 Dedit tabellam SPICA , potissimos  
 Cruorū colores , Dædala funebres  
 Mors duxit umbrarum tenebras  
 Et Pieras animavit artus.  
 Pallebat auro voltus , amabilem  
 Spirans querelam ; lumina palpebris  
 Velata carpebant soporem ,  
 Fune sacras jugulante fauces.  
 Eviscerati pectoris intimā  
 Vulsum carinā cor. Patientiæ  
 Muto perorabat sereno  
 Romuleæ pia vota tedæ.  
 Hanc ut Pelasgis lusit imaginem ,  
 Dixisse fertur. Dum manet hæc meis  
 ARISTA campis , nil morabor  
 Virgineas super astra fruges.



## CYGNUS PALÆSTINUS.

*Sive,*

Senex SIMEON inter infantis  
 Dei complexus sibi mor-  
 tem emodulatus.

*In gratiam illustrissimi Domini*  
**D. BALTHASARIS NASELLI**  
 Comitis Comisi.

## ODE XXIV.

**B**Landa leniri , facilisque flecti  
 Diva , quæ cutvo tenerum fovebag  
 Numen amplexu , miserata nunquam  
 Fessa querelis.

Vota mitrati senis , huic tetendit  
 Obviâ pignus puerile dextrâ;  
 Posset ut mœstas hilarare viso

Numine luces,  
 Vix frui cœpit , teretesque pressit  
 Osculo suras , superante cum jam  
 Gaudio ripas , sibi fausta sensit

Fata recludi.  
 Tunc in albentem senior volucrem.  
 Versus , à summo simul usque ad imos

## LIBER I.

63

Canuit Italos. Genitum Caystri  
Margine credas.

In Therapneas abiere plumas  
Hinc & hinc læves humeri : bifurcum  
Vellus in rostrum : coma duxit in fa-  
stigia cristas.

Inde præagas animante blando  
Spiritu fauces , per opaca serum  
Fudit hoc carmen , roboante circum  
Fana theatro.

Ten , puer , demum video Tonantis  
Infulâ nexum , cui picta tellus  
Nutat , & fulvas famulare ducunt  
Astra chores ?

O mihi faustos , niveâque fultos  
Orbitâ soles ! pluviis liquescit  
Gaudiis æther , oculisque stagnat  
Pota Voluptas.

Quis Palæstinis radiatus auro  
Fulgor arrisit , Stygiamque noctem  
Depulit terris ! procul hinc profani  
Cedite luctus.

Jam salus crastis domito recudit  
Compedes letho. proavita labes  
Decidit , pulchris ubi nos revisit

Gloria bigis,

Tetrico volvi prohibent fluento  
Astra Jordanem. Libanus cedretum  
Vertit in palmas ; veteresque frangit  
Sina cupressus.

La-

Lacteis tellus iterum papillis  
Visa fœcundis tumuisse rivis,  
Et cavae passim tumultasse fulvo

Melle genistas.

Jam suum stravit tibi ritè VELLUS,  
Et minax ferrum GEDEON, comarum  
Anulos SAMSON, Lyricique DAVID  
Barbita fastus.

Tu sacræ quondam simulacra VIRGÆ  
Sponte furatus, vacuasse MOSI  
Diceris Neretum, Pharios premente  
Gurgite currus.

Tu rubens Cypri BOTRUS ustulantis  
Nescius flammæ RUBUS; IRIS, & FLOS  
Integer campi, croceisque dives

PAGINA guttis.

Æreas idem SOLYMÆUS ANGUIS  
Surgis in spiras, medicamque diris  
Fers opem morbis, quoties trabali

Pensile truncō

Viderint Numen. Dolor hic seniles  
Transfodit fibras. cecinisse Vates  
Præscius cogor Tragicum futuri

Funeris omen.

Heu puer stellis radiate crinem,  
Senties tempus per utrumque fixos  
Veprium mortsus, humerisque prostram in  
Flagra procellam.

Dextra, quæ magnum modo fulcit orbem,  
Sentiet clavos; similemque cladem

Pes

Pes tener : quamvis Phlegetontis omnes  
Proterat hydras.

Perget immanis tibi delicatum  
Haita rimari latus : at vicissim  
Illa maternum ferier profundus  
Cuspide pectus.

Hæc Amor jussit. Patiere mitis  
Instar aut Agni sua non luentis  
Probra , vel muto gemitu vocantis  
Fata Columbe.

His ego fractus senio supersim ?  
Claude supremas , mea lux , querelas ;  
Claude palpebras satis invidendas

Duximus auras.

Jamque pacati monuere nutus  
Hinc recedendum : sine destinatis  
Langueam metis ; licet inter ulnas

VITA quiescas.

Hæc senex miro modulatus cœstro .  
Osculo parvum tetigit Tonantem ;  
Cum soporatam bibt innocentia

Nectare Lethen.



TEDÆ NUPTIALES  
DIVINI AMORIS

**C**astimoniam Virginum adamantis,  
**e**x augusto Salomonis Epitalamio  
depromptæ.

D I T H Y R A M B U S.

*In gratiam illustrissimi Domini*

**D. Octavii SYRACUSÆ**  
**Comitis VILLÆ ALTAE.**

O D E   X X V.

**L**apsa nubium caminis  
Flamma profluit : maritum  
Flamma nunciat Tonantem.  
Ite nuptæ , laureatis  
Ferte tedas è choreis.

Numen albo copulatur castitatis anulo.  
Tactus Hermon inquieto ,  
Colle nutat , & favillis  
Decidentibus coronat  
Hinc , & hinc Sanit cacumen.

To-

**Totus annuit cremari**

**Mons Amanus; qui propinquis stringit astra  
brachiis.**

**Ruris aurei theatris**

**Uda lacteis papillis,  
Atticisque gleba rivis**

**Veris educat juventam;**

**Areasque liliorum**

**Sæpe claudit, quâ soluto crine Majus ex-  
cubat.**

**Huc amicos, rugientum**

**E cubilibus leonum,**

**Hospitâque nutriendis**

**Valle pardis, flecte gressus**

**Sunamitis. Bruma cessit,**

**Cessit imber, & sonora concidere flamina.**

**Te virentis scena prati**

**Poscit exulem, suisque**

**Uva pellicit racemis.**

**Te diutius morantem**

**Turtur increpat; columbæ**

**Fletus ipse pervicacem prodidit suspirijs.**

**Ducet aptos biga soles,**

**Cùm per arduas licebit**

**Ire montium pruinas,**

**More prolis caprearum;**

**Et fugaces æmulari,**

**Quos crueto terret ungui visa tigris, hinnulos.**

**Siste Diva, sisto rhedam:**

**Fessus est sponsus querelis.**

Ni propinquas , ille clamat.  
 Diva , languo ; tubenti  
 Ceu flagello solis ictus  
 Derelinquit aefacto flos in ostro gratiam.  
 Cur jugales Ludis ignes ?  
 Curve missilis decorum  
 Vulnus excutis pharetræ?  
 Pulchra saltēm ne retrorsum  
 \*Evibrasses tela nervo  
 Palpebrarum , vel capilli fluctuantis anule.  
 Nostra respuis pudicæ  
 Philtra vocis , sed favillis  
 Ipsa vox quamvis peroret ;  
 Uodus attamen nivoso  
 Qui madescit crinis imbris ,  
 Efficaciam loquelæ sufficit silentio ;  
 Ite , querna quas Sionis  
 Sylva protegit , Napææ :  
 Ite , transfugam prematis  
 Sunamitidem rosetis.  
 Vertet illa post odorem  
 Victa gressus inferendos in pudoris retia.  
 Ipse , ne quis evagantes  
 Vos iniquus fallat error ;  
 Ipse Nympham prodet æther  
 Excubante pictus igni :  
 Ipsa nutu prodet ilex ;  
 \* Quique flos sub incitatis emicat vestigiis ,  
 Nosce queritis venustæ  
 Ora Divæ , quæ vel astra ,

Quæ

Quæ vel iris invideret?  
 Non Apelles Dædaleâ  
 Lege fingeret : nec ipse  
 Æmularier cortisco posset arcu Cynthius  
 Vellus explicat comasti  
 Crine verticis , quod omni  
 Grex jubatus comit auro.  
 Penè lacteum columbæ  
 Fulgor obtutu coruscat ,  
 Cum liquenti mīcis ales mergit amne pal-  
 pebras.

Vitta purpurat labellis ,  
 Vitta Coo dives ostro  
 Sed genarum delicatis  
 Floret hinc , & hinc pruinis  
 Punici fractura mali ,

Quæ rubentibus reclusit corticem corallii.  
 Fraga sustinet papillis ,  
 Et nivales hinnulorum  
 Fonte laetio gemellos .  
 Qui per arva liliorum  
 Summa tondeant , abactus

Donec Ærhon imminentि terga vertat  
 Hespero.

Cur eburneum silebo  
 Guttur , aut toreuma colli ,  
 Instar arcis , quam coronant  
 Mille pensiles Gradivi ;  
 Quam nec ære bellicosus ,

Nec phalaricâ , nec acri frangat hostis ariete ?

Sæ-

Sæpe vividam timendæ  
 Fert imaginem phalangis:  
 Sæpe Phœben, & peritâ  
 Fronte promit fratrî ignes:  
 Cùm per auras ludibundos  
 Figit Euros, & rubenti terret undas  
 spiculo.

Tota pulchra decolorem  
 Execratur labis umbram.  
 Tota florem purpurantum  
 Spirat ore Gratiarum.

Ros Hyblæus alloquenter,

Flos coruscus ambulantem ponè Nym-  
 pham spargitur.

At citior Sicanis

Illa cervis, & remissis  
 Flantis Africi lupatis  
 (Proh doloris triste fatum!)  
 Perque Vallium profunda,

Perque summa præpes errat esculeta mon-  
 tium.

O fugacem quis retardet  
 Terror excitus frutetis!  
 Quisve sistat inquietas  
 Imber, aut procella plantas?  
 Obster Æmus, obster Ida;

Flammeisque, ne vagetur, obster Aetna  
 fauibus.

Quis remotus lenè pulsat  
 Clamor aures? ista plausis

Fibra subsilit medullis.  
Ite fletus ; imminentum  
Signa dantur gaudiorum,

Jam retorquet ad querelas Diva velox  
effedum.

Hic puellæ destinetur  
Pluma strati nuptialis.  
Utque vivat in favillis  
Æmulantibus Tonantem :

Sunamitidem ligustris,  
Et Sabæo colligendis rure malis fulciam.

Num sopore præpeditum  
Sponsa verticem reclinat;  
Ah ! coérceat loquaces  
Somnus undas : obſtrepentem  
Alius increpet volucrem.

Æolumque contumaci torqueat silentio,  
Diva languet , & pudico  
Flore nostros potat ignes.  
Hinc eamus , & vicissim  
Conqueramur non amari:  
Sed revellit cauta noſtras

Nupta pennas ; aureoque funcfuræ nexuit.

):( o ):(

LIBER